





Rep. LXII<sup>A.</sup> 2. no. 62.

15/825.

c. 28

41

"MAGNIFICVS  
Academie Franfurtanae

RECTOR

'Illustris & Generosus Dn.  
D N.

FERDINANDVS  
LIBER BARO A BIBERSTEIN  
IN FORST ET PFORTEL. &c.

PRORECTOR

CLARISSIMO ET DOCTISSIMO  
viro

DN. M. DAVIDE ORIGANO  
*Mathematum Professore publico*

Omnes Academiz Scepbris subiectos ad  
deuotam ac solennem festi MICHAELI  
Archangelo sacri celebrationem  
inuitat.



Typis Friderici Hartmanni  
Anno M. D. C. III.

ds . 2

WILHELMUS  
HISTORIUS  
SACRAE  
scripturae  
interpretatio  
in libro  
de origine  
et gestis  
Romano  
Graecorum  
et  
aliorum  
gentium  
et de rebus  
temporibus  
ad finem  
Antiquitatis  
et de origine  
et gestis  
Romano  
Graecorum  
et  
aliorum  
gentium  
et de rebus  
temporibus  
ad finem  
Antiquitatis



# RECTOR ACA DEMIAE FRAN COFVRTANÆ.

I quantis singuli ab ultima  
usq; infartia circumualati  
essemus vita periculis, malo-  
rum geniorum perniciaci ma-  
litia nocte dieq; nolis inten-  
tatis, corporis hisce perspicere  
liceret oculis, in perpetua miseri versaremur  
ubiq; anxietate, adeo quidem, ut neq; necessas-  
rijs officijs vita vacare, neq; Deo conditori ac  
propugnatori nostro salutem nostram precil us  
pijs commendare, in ista trepidatione, omnem  
nostri sensum nobis eripiente, possemus. Nunc  
cum non modo a perpetuis istis diabolorum ins-  
ultibus diuina nos tutos praestet benignitas, sed  
Evisi nostro terribilem Satan&ral iem al scon-  
ditam esse velit, gemino eius maiestati obnoxij  
sumus beneficio, qua & malum ipsum, & terro-  
culamenta eius clementer à nolis arrebat. Ve-  
rum quam geminatam nos soluere tant& bonitati  
oportebat, proh dolor ne simplicem quidem redi-  
cimus gratiam, insecuritatem ac torporem mis-

A 3 grante,

grante, quæ nos ad agnitionem periculi & gra-  
tiarum actionem excitare debebat tutelam. Ne  
tamen hæc nostrarum mentium incuria, in pro-  
fligatam aliret impietatem, & tantum, tamq; ne-  
cessarium sensim vilesceret beneficium, recte con-  
sultum fuit oscitantia nostræ, quando anni versa-  
saria festi, quod Michaeli archangelo sacrum pri-  
mitiva voluit Ecclesia, celebratione, ad seriam  
agnitionem nostræ infirmitatis & defensionis  
diuinæ reuocamur. Cuius diei quando jam ad-  
est festivitas, non imitemur vel atheos, quos nul-  
la religionis cura tangit, vel rude vulgus, festos  
dies in feriatos & luxum conuertens; sed malo-  
rum geniorum rabiem insatialem cum infirmi-  
tate nostra contendentes, agnoscamus propugnato-  
ris nostri in nos bonitatem, prædicemus prouis-  
dam eius in nos tuendo curam, vitaq; sanctimo-  
nia tutelares illos genios in excubij demandatis  
retineamus, etiam atq; etiam illud psalmista co-  
gitantes, quo angelum Domini circum timentes  
eum castrametari prædicat.

Vt enim apes fumio, columba & fætore pellun-  
tur, sic sanctos Dei angelos obsecænis sermoni-  
bus, moribus prauis, vitaq; impura à nobis arces-  
ri religiosa dixit antiquitas. Nec sine ratione  
id quidem. Qui enim sanctissimi purissimiq; ges-  
nij

nij eorum gaudcent contubernio, qui vel in vno  
luptatum gula & al dominis se se volunt cœno,  
vel aliquin peruersam vitæ sectantur rationem?  
Alsq; eorum vero vivere præsidio ac comitatu,  
est recta via ad præcipitum interitumq; pergere.  
Quis enim tot cœmonum versutissimorum &  
omnes occasiones nocte dieq; captantium, laqueos  
decipularaq; sua euadat prudentia? A fronte do-  
losum voluptatum obiectant hamum, à tergo cur-  
ris & rerum caducarum amore infestant, à dex-  
tra desperationis etiam leuicula occasione reclu-  
sum ostentant barathrum, à sinistra tetricam mor-  
torum pestilentium immittunt collumicem. Immo  
ipsum quem haurimus inficiunt aërem, aquam  
conspurcant, fruges corrumpunt, & qua usibus  
hominum destinata sunt, varijs morbis affligunt  
suffocantq; animalia. Neq; priuatis solum ho-  
minibus, quas dixi, tendunt peccatas, sed & to-  
tos populos, urbes ac regna famè conficiunt, peste  
exhauiunt, beliis eliciunt, incendijs denastant:  
Idq; ita cupidè, tantoq; prolulio, ut si penes illos  
foret, neq; diuinitus insatiabilis ille nocendi co-  
hiberetur ardor, nemini vel ad punctum horæ li-  
berum vitæ relinquerent spiritum. Sed vicit  
cohibetq; effrenatam Diabolorum rabiem prin-  
ceps militiae cœlestis Michaël, qui quandiu pro

A 3 nobis

nolis excubat, non magis nocere rugiens & fa-  
milius ille leo potest, quā catena ista, qua velut  
cauis excubitor attigatus est, eum circuire per-  
mitit. Etenim contra furiosam diabolorum  
cohortem, dux cælestis militie suas quoq;  
multo plures firmioresq; explicat legiones, quæ  
non modo improbos malignorum hostium conas-  
tus impediunt, sed & reluctantes aligunt ac pro-  
fligant. Quin immo etiam unius pīj hominis  
causa innumerahiles angelorum turmas excubao-  
re testis est, ut alia omittamus, Elisei in sacris hi-  
storia: quem cum rex Syriae, tanquam qui consi-  
lia sua Israeliteis hostibus suis panderet, missis aliis  
quot cohortibus, capere vellet, non modo nihil  
illi nocere potuit, excubantibus pro illo ignitis  
angelorum turmis, sed & copia eius ductu Eli-  
sei, quem diuinitus occecati, non agnoscebant, in  
manus hostium delatae fuere. Quæcum ita sint,  
non extimescendum nimis, si aduersa ingruant,  
cum sit, qui nostri curam agat, & latus nostrum  
firmo stipet satellitio, neq; in utramvis aere  
dormiendum, cum vita salutiq; nostræ tot ma-  
lorum angelorum insidentur cohortes. Oran-  
dus potius propugnator noster, idemq; angelorum  
sanctorum Imperator Michael, ut ipse stet pro  
populo suo; maxime hoc tempore, quo contra  
Christi

Christi nomen professos Turcici tyranni rabiem  
excitauit Satanás, tam suam, tamq; insatiablem,  
ut nunquam antea furere visus sit magis.  
Eidem vero etiam gratiæ toto pectore habenda  
Estagendæ, qui hactenus exiguum istum Christianorum  
catum contra immanissimi tyranni  
vim ac fraudes clementer tutatus, saepe etiam  
numero longe inferioribus victoriam de hoste insolente  
benigne sit largitus. Quo animo qui  
sunt (esse autem decet omnes) Dei optimi  
maximi prouidam curam, defensionemq; agnos-  
scere Est prædicare sunt parati, salutem etiam Ecclesiae  
suam eidem de cetero commendare cuspiunt,  
solemni hoc festo sacris frequentes intero-  
sint, Est sicuti per incuriam aut occupationes, ut  
fit, quotidianum labiorum sacrificium pro defensio-  
nione sui Deo offerre prætermiserint, saltem hodie  
id ipsum redintegrent, Est quo minus claditus, pes-  
riculise hoc anno obnoxij fuere, eo maiorem  
auerruncatori omnium malorum honorem cul-  
tumq; præstandum esse meminerint. Qui pijs ac  
frugi sunt, officium siue ultro, siue de admonitione  
hac nosira facient: ceteros tanquam salutis  
suæ prodigos nequidquam stimules. Valete. PP.  
sub sigillo academiæ in festo Michaelis Archangelii.

Anno M. DC. III.

B. C.

1000 GRAMM

1000

Obs. var. 87<sup>h</sup>

